

**www.e-rara.ch**

**Sodalis Mariani Et Hominis Christiani Breviarium**

**Wyssing, Heinrich Renward**

**Lucernae, Anno, 1729**

**Zentral- & Hochschulbibliothek Luzern**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-145446>

Die lunae.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Ipsos, sincere diligamus, Te rogamus,  
 Ut ad conspectum gloriæ tuæ nos per-  
 ducere digneris, te rogamus audi nos.  
 Deus genitor, Deus genite, & Deus ex  
 utroque procedens, te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
 redde nobis Patrem propitium.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
 Propitius esto nobis peccatoribus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, do-  
 na nobis Spiritum sanctum.

O beata Trinitas, audi nos.


O adoranda Unitas, exaudi nos.

*Vers.* Benedicamus Patrem, &c.

*Resp.* Laudemus, &c.

*Oremus.*

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, qui de-  
 disti famulis tuis in confessione veræ  
 fidei, æternæ Trinitaris gloriam agnos-  
 cere, & in potentia Majestatis adorare  
 Unitatem: quæsumus, ut ejusdem fidei  
 firmitate, ab omnibus semper munia-  
 ri ut adversis. Per Dñm nostrum, &c.



DIE LUNÆ.

OFFICIUM

SANCTI SPIRITUS.

*Ad Martinum.*

*Vers. Spi*

✠ Spiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra. R. Amen.

✠ Domine labia mea aperies.

R. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

✠ Deus in adiutorium meum intende.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, &c. Alleluja.

*A Septuagesima usque ad Pascha dicitur:*

Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

*Hymnus.*

**N**obis sancti Spiritus gratia sit data,  
De qua Virgo virginum fuit obumbrata.

Cum per sanctum Angelum fuit salutata,  
Verbum caro factum est Virgo fecundata.

*Antiph.* Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

✠ Emitte Spiritum tuum, & creabuntur.

R. Et renovabis faciem terræ.

**O R E M U S.**

**A**dsit nobis quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, R. Amen. *Ua*

SPIRITUS sancti gratia illuminet sensus  
& corda nostra, Amen.

V. Deus in adiutorium meum intende

R. Domine ad adjuvandum me festina

Gloria Patri, &c. Alleluja.

H Y M N U S.

DE Maria Virgine Christus fuit natus  
Crucifixus, mortuus, atque tumulatus

Resurgens Discipulis fuit demonstratus

Et ipsis cernentibus in caelos elevatus

Antiph. Veni sancte Spiritus, repli-  
tuorum corda fidelium, & tui amoris in  
eis ignem accende.

Vers. Emitte Spiritum tuum, &c.

Resp. Et renovabis faciem terræ.

O R E M U S.

Adsit nobis quæsumus &c. fol. 351.

Ad Tertiam.

SPIRITUS sancti gratia illuminet sensus  
corda nostra, Amen.

Vers. Deus in adiutorium, &c.

R. Domine ad adjuvandum me festina

Gloria Patri, &c. alleluja.

H Y M N U S.

Solum sanctum Spiritum Deus delegavit  
In die Pentecostes Apostolos confortavit:

Et de linguis igneis ipsos inflammavit

Orpha

Orphanos relinquere eos denegavit.

*Antiph.* Veni sancte Spiritus, &c.

*Vers.* Emitte Spiritum tuum, &c.

*Resp.* Et renovabis faciem terræ.

O R E M U S.

Adsit nobis, quæsumus &c. fol. 351

*Ad Sextam.*

Spiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra, Amen.

*Vers.* Deus in adjutorium, &c.

*Resp.* Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, &c. alleluja.

H Y M N U S.

Septiformem gratiã tunc acceptaverunt  
Quare idiomata cuncta cognoverunt;  
Ad diversa climata mundi recesserunt,  
Et fidem Catholicam tunc prædicaverunt.

*Antiph.* Veni sancte Spiritus, &c.

*Vers.* Emitte Spiritum tuum &c.

*Resp.* Et renovabis faciem terræ.

O R E M U S.

Adsit nobis, quæsumus &c. fol. 351.

*Ad Nonam.*

Spiritus sancti gratia illuminet sensus & corda nostra, Amen.

¶ Deus in adjutorium, &c.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri, &c. alleluja.

## H Y M N U S.

**S**piritus Paraclitus fuit appellatus, De  
num Dei, charitas, fons vivificatus,  
Spiritalis unctio ignis inflammatus,  
Septiformis gratia, charisma vocatus.

*Antiph.* Veni sancte Spiritus, &c.

*Vers.* Emitte Spiritum tuum &c.

*Resp.* Et renovabis faciem terræ.

## O R A T I O.

Adsit nobis, quæsumus, &c. fol. 351

*Ad Vesperas.*

**S**piritus sancti gratia illuminet sensus  
corda nostra, Amen.

*Ps.* Deus in adiutorium, &c.

*R.* Domine ad adjuvandum me festina

Gloria Patri, &c. alleluja.

## H Y M N U S.

**D**exteræ Dei digitus, virtus spiritalis  
Nos defendat, eruat ab omnibus malis  
Ut nobis non noceat dæmon infernalis  
Protegat, & nutriat, foveat sub alis.

*Antiph.* Veni sancte Spiritus, &c.

*Vers.* Emitte spiritum tuum, &c.

*Resp.* Et renovabis faciem terræ,

## O R E M U S.

Adsit nobis, quæsumus &c. fol. 351.

*Ad Completorium.*

**S**piritus sancti gratia illuminet sensus &  
corda nostra, Amen.

*Vers.* Con-

V. Convertete nos Deus salutaris noster.

R. Et avertite iram tuam a nobis.

V. Deus in adiutorium &c.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri &c Alleluja.

H Y M N U S.

Spiritus Paraclitus nos velit iuvare.

Gressus nostros regere, & illuminare.

Ut cum Deus venerit omnes iudicare,

Nos velit ad dexteram suam collocare.

*Antiph.* Veni sancte Spiritus, &c.

*Vers.* Emitte Spiritum tuum, &c.

*Resp.* Et renovabis faciem terræ.

O R E M U S.

Adsit nobis, quæsumus &c. fol. 351.

*Commendatio.*

HAs Horas canonicas cum devotione,

Tibi, sancte Spiritus, pia ratione

Dixi, ut nos visites inspiratione,

Et vivamus jugiter in coeli regione,

Amen.

L I T A N I Æ.

*Ad Spiritum Sanctum.*

KYrie eleyson.

Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Spiritus Sancte, audi nos,

Spiritus Sancte, exaudi nos,

Pater de coelis Deus, Misereere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Misereere.

Spiritus sancte Deus,  
 Spiritus veritatis,  
 Spiritus sapientiae,  
 Spiritus intellectus,  
 Spiritus Fortitudinis,  
 Spiritus Pietatis,  
 Spiritus recti Concilii,  
 Spiritus sancti Timoris,  
 Spiritus Charitatis,  
 Spiritus gaudii,  
 Spiritus pacis,  
 Spiritus patientiae,  
 Spiritus benignitatis,  
 Spiritus bonitatis,  
 Spiritus longanimitatis,  
 Spiritus mansuetudinis,  
 Spiritus fidei & spei,  
 Spiritus modestiae,  
 Spiritus continentiae,  
 Spiritus castitatis,  
 Spiritus humilitatis,  
 Spiritus prudentiae,  
 Spiritus vitae & salutis,  
 Spiritus virtutum,  
 Spiritus multiformis gratiae,  
 Spiritus adoptionis filiorum Dei,  
 Purificator animarum nostrarum,  
 Ecclesiae Catholicae Sanctificator &  
 Rector,  
 Scrutans corda & renes Deus,

Miserere nobis.

Coe  
 Dis  
 tu  
 Secu  
 fi  
 Dul  
 ti  
 Con  
 Gau  
 Illu  
 Insp  
 Os &  
 Vict  
 Scie  
 Pur  
 Und  
 Pro  
 Pro  
 Ab  
 Ab  
 Ab  
 b  
 Ab  
 t  
 Ab  
 Ab  
 Ab  
 t  
 Ab  
 a

Cœlestium donorum Distributor,  
Discretor cogitationum, & inten-  
tionum cordis,

Securum in omni adversitate præ-  
sidium.

Dulcedo in tuo servitio incipien-  
tium,

Corona perfectorum,

Gaudium Angelorum,

Illuminatio Patriarcharum.

Inspiratio Prophetarum,

Os & sapientia Apostolorum,

Victoria Martyrum,

Scientia Confessorum,

Puritas Virginum,

Unctio Sanctorum omnium,

Propitius esto, parce nobis Domine.

Propitius esto, exaudi nos Domine.

Ab omni malo,

Ab omni peccato,

Ab omni tentatione & insidiis Dia-  
boli,

Ab omni præsumptione, & despera-  
tione,

Ab impugnatione veritatis agnitæ,

Ab invidentiâ fraternæ gratiæ.

Ab omni obstinatione & impœni-  
tentiâ,

Ab omni negligentia, & torpore  
animi,

Miserere nobis.

Libera nos Domine.

Miserere nobis.

Ab

Ab omni immunditia mentis, &  
corporis.

Ab hæresibus, & erroribus universis,

Ab omni malo Spiritu,

A mala & æterna morte,

Per æternam ex Patre, Filióque pro-  
cessionem tuam,

Per miraculosam Conceptionem Fi-  
lii Dei,

Per descensionem tuam super Chri-  
stum Baptizatum,

Per sanctam apparitionem tuam in  
transfiguratione Domini,

Per Adventum tuum super Discipu-  
los Christi,

In die iudicii,

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut omnia Ecclesiæ membra vivifi-  
care & sanctificare digneris,

Ut omnes gentes in unitate Catho-  
licæ fidei congregare digneris,

Ut gratia tua sancta & efficaci nos  
ubique prævenire, comitari, &  
subsequi digneris,

Ut veræ pietatis devotionis, & ora-  
tionis donum nobis dare digne-  
ris,

Ut omnes cogitationes, verba &  
opera nostra ad te dirigere & san-  
ctificare digneris,

Ut ve  
vin  
nel  
Ut fan  
bis  
Ut de  
tie  
ris  
Ut gr  
re  
Ut ac  
asp  
Ut fi  
tis  
di  
Ut S  
du  
Ut v  
li  
Ut a  
pe  
te  
Ut r  
di  
Ut n  
ru  
Ut n  
Spir

Ut veræ humilitatis , omniumque  
virtutum præsidia nobis dare dig-  
neris,

Ut sanctæ paupertatis studium in no-  
bis augere digneris,

Ut donum mansuetudinis , & pa-  
tientia in nobis plantare digne-  
ris,

Ut gratiam lachrymarum nobis da-  
re digneris,

Ut ad veram justitiam nos continuo  
aspirare concedas,

Ut sinceros misericordiae charita-  
tisque affectus nobis inspirare  
digneris,

Ut Spiritum novum & cor mun-  
dum in nobis creare digneris.

Ut veram pacem & cordis tranquil-  
litatem nobis donare digneris.

Ut ad tolerandas propter justitiam  
persecutiones nos dignos & for-  
tes efficias,

Ut nos in gratia tua confirmare  
digneris,

Ut nos in numerum Electorum tuo-  
rum recipias,

Ut nos exaudire digneris,  
Spiritus Dei ,

*Te rogamus audi nos.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, ef-  
funde in nos S. Spiritum.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
Emitte promissum in nos Patris Spiritum.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
Da nobis Spiritum bonum.

Spiritus Sancte, audi nos.

Spiritus Sancte, Exaudi nos.

¶, Emitte Spiritum tuum, &c.

R. Et renovabis faciem terræ.

O R A T I O.

Deus qui corda fidelium, &c.

L Y T A N I Æ.

*Pro fidelibus Defunctis.*

**K**Yrie eleyson.

Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere omnium  
fidelium Defunctorum.

Fili Redemptor mundi Deus, Miserere  
omnium fidelium Defunctorum.

Spiritus S, Deus, Miserere omnium fide-  
lium Defunctorum.

Sancta Trinitas unus Deus, Miserere om-  
nium fidelium Defunctorum.

Sancta Maria, Ora pro fidelibus Defunctis.

Sancta Dei Genitrix, Ora pro fidelibus  
Defunctis.

San-

*Pro fidelibus defunctis.*

362

Sancta Virgo Virginum, Ora pro fidelibus Defunctis.

Sancte Michaël, Ora pro fidelibus Defunctis.  
Omnes sancti Angeli & Archangeli, Orate pro fidelibus Defunctis.

Sancte Joannes Baptista, Ora pro fidelibus Defunctis.

Sancte Petre, Ora pro fidelibus Defunctis.

Sancte Paule, Ora pro fidelibus Defunctis.

Sancte Joannes, Ora pro fidelibus Defunctis.

Omnes Sancti Apostoli & Evangelistæ, Orate pro fidelibus Defunctis.

Sancte Stephane, Ora pro fidelibus defunctis.

Sancte Laurenti, Ora pro fidelibus defunctis.

Omnes sancti Martyres, Orate pro fidelibus defunctis.

Sancte Gregori, Ora pro fidelibus defunctis.

Sancte Ambrosi, Ora pro fidelibus defunctis.

Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate pro fidelibus defunctis.

Sancta Maria Magdalena, Ora pro fidelibus defunctis.

Sancta Catharina, Ora pro fidelibus defunctis.

X

Omnes

Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, Orate  
pro fidelibus defunctis.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite  
te pro fidelibus defunctis

Propitius esto, Parce eis Domine.

Propitius esto, Exaudi eos Domine.

Ab omni malo,

Ab ira tua,

A potestate Diaboli,

A flamma ignis,

A regione umbræ mortis,

Per immaculatam Conceptionem  
tuam,

Per Nativitatem tuam,

Per dulcissimum nomen tuum,

Per multitudinem miserationum  
tuarum,

Per acerbissimam Passionem tuam,

Per sanctissima vulnera tua,

Per preciosissimum sanguinem tuum.

Per ignominiosam mortem, quâ  
nostram moriendo destruxisti,

Peccatores, te rogamus audi nos.

Qui Mariam absolvisti, & latronem exilte  
audisti, te rogamus, audi nos.

Qui salvandos salvas gratis, te rogamus  
audi nos.

Ut parentes, propinquos, & benefactores  
nostros

Orate nostros à pœnis inferni eripere digneris

cedi- Ut omnes fideles defunctos ab æterna damnatione liberare digneris,

Ut desiderium ipsorum adimplere digneris,

Ut Angelorum Cœtus eis splendidus subveniat,

Ut eis Patriarcharum, & Prophetarum cuneus occurrat,

Ut omnium fidelium defunctorum, quorum specialis in terra memoria non habetur, misereri digneris,

Ut eos gloriosus Apostolorum chorus excipiat.

Ut candidatorum Martyrum triumphans exercitus eos lætus circumdet,

Ut eos sanctorum Confessorum agmen deducat,

Ut jubilantium Virginum eos corona committetur,

Ut ad auctorem suum, qui eos de limo terræ formavit, redire valeant,

Ut mitis atque dulcis Jesu tuus eis aspectus benignus appareat,

Terogamus, audinos.

Ut ad dexteram tuam in electorum con-  
fortium recipias, te rogamus, audi nos.  
Fili Dei, fons pietatis, te rogamus, audi  
nos.

Rex tremendæ majestatis, te rogamus  
audi nos.

Qui claves habes mortis & inferni,  
rogamus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Do-  
na eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi  
Dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi  
Dona eis requiem sempiternam.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleyson. Christe eleyson.

Kyrie eleyson. Pater noster.

O R E M U S.

**D**omine Deus omnipotens, miserere  
famulorum famularumque tuarum,  
gratiam quam de te per Christum spera-  
verunt, remissis criminibus ipsorum pro-  
pitius tribue, ne in iudicio cum eis con-  
tendas, ne æternis cruciatibus eos adjudi-  
ces, sed eos tecum in sempiternam qui-  
etem recipias, ubi ea omnia feliciter percipi-  
ant, quæ hîc firmiter crediderunt. Per  
Christum Dominum nostrum, Amen.

O R A T I O.

*Pro Patre & Matre.*

**D**Eus, qui nos patrem & matrem hono-  
rare præcepisti, miserere clementer  
animarum patris ac matris meæ, eorū-  
que peccata dimitte, meque eos in æter-  
næ claritatis gaudio fac videre. Per Chri-  
stum Dominum nostrum, Amen.

*Sequentia pro fidelibus Defunctis.*

1. Dies iræ, dies illa,  
Solvat sæclum in favilla:  
Teste David cum Sibylla.
2. Quantus tremor est futurus,  
Quando Judex est venturus,  
Cuncta strictè discussurus.
3. Tuba mirum spargens sonum:  
Per sepulchra regionum,  
Coget omnes ante Thronum.
4. Mors stupebit & natura,  
Cum resurget creatura,  
Judicanti responsura.
5. Liber scriptus proferetur:  
In quo totum continetur,  
Unde mundus judicetur.
6. Judex ergo cum sedebit,  
Quidquid latet, apparebit:  
Nil inultum remanebit.
7. Quid sum miser tunc dicturus?  
Quem Patronum rogaturus?

- Cum vix justus sit securus.  
 8. Rex tremendæ majestatis,  
 Qui salvandos salvas gratis,  
 Salva me fons pietatis.  
 9. Recordare Jesu pie,  
 Quòd sum causa tuæ viæ.  
 Ne me perdas illa die.  
 10. Quærens me sedisti lassus;  
 Redemisti cruce[m] passus:  
 Tantus labor non sit cassus.  
 11. Juste Judex ultionis,  
 Donum fac remissionis.  
 Ante diem rationis.  
 12. Ingemisco tanquam reus;  
 Culpâ rubet vultus meus.  
 Supplicanti parce Deus.  
 13. Qui Mariam absolvisti,  
 Et latronem exaudisti,  
 Mihi quoque spem dedisti.  
 14. Preces meæ non sunt dignæ,  
 Sed tu bonus fac benignè  
 Ne perenni cremer igne.  
 15. Inter oves locum præsta,  
 Et ab hœdis me sequestra,  
 Statuens in parte dextrâ.  
 16. Confutatis maledictis,  
 Flammis acribus addictis,  
 Voca me cum benedictis.  
 17. Oro supplex & acclinis;

Cor contritum quasi cinis:

Gere curam mei finis.

18. Lacrimosa dies illa,  
Quâ resurget ex favilla,  
Judicandus homo reus:

19. Huic ergo parce Deus,

Pie Jesu Domine,

Dona eis requiem, Amen.

*Antiph.* Absolve Domine, animas omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum: & gratiâ tuâ illis succurrente, mereantur evadere judicium ultionis, & lucis æternæ beatitudine perfrui.

*Vers.* Requiem æternam, &c.

*Resp.* Et lux perpetua luceat eis.

O R E M U S.

Supplices, Domine, pro animabus famularum famularumque tuarum preces effundimus, obsecrantes, quidquid conversatione contraxerunt humanâ, & clementer indulgeas, & in tuorum sede lætantium constituas redemptorum. Per Christum Dominum nostrum, & Amen.

†. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen,